

Quin potius taceo (quis enim vericere recuset?)
 Et vobis, Sponsi, dico: VALETE DIU
 Sed quid ago? miseris Phæbum auscultasse cicuris
 Pastorum; rectè si memini, memini.
 Anseribusq; cygnos sese associasse canoris
 Svavè-sonos; doctis fabula docta refert.
 Nec retulere meros Augustida secula cygnos:
 Hiscere videre hinc, hinc strepere Anserulos:
 Sunt tamen auditi vel dulcè-canente Marone:
 Et sua laus satis, & gloria, mansit eos.
 His fretus, quoq; ego argutos velut inter olores
 anserulus. Sponsis carminis hisco aliquid?
 Hisco aliquid: verùm quod non legat ampla virum vis
 Doctorum: sed quod tu modò, Nymphæ, legas.
 Fronte lege explicitâ, quos clam mihi Musa minutos
 Verficulos, Phæbo somniculante, dabat.

A N A C R E O N,

Seu Minuti versiculi.

<p> Fato favente votum Connubiale solum Fieri, inquit Poëtæ; Verè inquit Poëtæ. Modò hic: vel hanc, vel illâ Ducam mihi maritam Nec alteram maritam: Modò hæc: vel huic, vel illi Nubam tamen marito, Nec alteri marito: Seu fiat hocce Fato Sic ordinante; Fato Sive invidente fiat: Sive hocce jure fiat Faventiore; fiat </p>	<p> Seu rennuente jure: Solent inepturire, Et heic & heic & illheic, Variabiles puelli, Dubitabiles puellæ. Vidi ipse, sæpè vidi: Sed hercle sæpè risi: De unculos per omnes, De unculas per omnes, Juenculos per omnes, Virgunculas per omnes Jurasse Catharillin, Jurasse Barbarillam, Jurasse Mellisillam, Jurasse etiam Marillam: </p>
---	--

Dare